pontificatus annum, quo cum Rex scripsisset pro nationali, statim illum pro„
movit, Macieowski, tunc Krakowiensem.
Et Paulus V. qui omnes, nec ullum promoverant pro Rege et Regno Polo„
niæ, excepto Generoso Dño Macieiowski, nec locum reservarunt in pectore
prout fecit maiestas sua, pluris faciendo Serenissimum Vladislaum IV, quam
Pontifices fecerunt, serenissimi eius prædecessores.
Moti sunt omnes ex iisdem rationibus, plures expositas, ob quas Serenissimus
Dnus non potuit promovere. D. V. Comitem et sunt Rl. Constitutio Pri:
de Nuntiis.
2. Concilium Tridentinum ubi præscripsit, selectissimos eligi ex omnibus
christianitatis Nationibus.
3. Obligatio summi Pontificis, qui cum Pastor sit universalis Ecclesiæ, nul„
los habetur in Orbe limites, nisi quos ipse orbis terrarum habet, tenetur
omnibus Regnis providere, et consideratio, quod Regnum Poloniæ, tan„
tum in Christianitate, licet amplissimum et Nobilissimum, caret modo
hac dignitate, et tempore quo plures sunt in aliis Regnis et ignora„
tur adhuc, quid demeritum, aut causam habeat Serenissimus Rex,
dum in tali Regno, et tot viris insignibus, nullum proponat ad Cardinala„
tum, prout faciunt alii Reges, et fecerunt Serenissimi eius Prædeces„
sores, et idem, Serenissimus Rex VLADISLAUS, pro Archiepiscopo Gnes„
nensi.
4. Literis 7. annis abhinc scriptis probo: me Archiepiscopo Veisich co potita occa„
sione Matris Regni, et continuata usque ad eius obitum, quæ postulatio Confirma„
vit Sanctitatem Suam, consilio suscepto promovendi nationalem ut tenetur.
5. Responsio Serenissimi Regis ad Illustrissimum Legatum anno 1639. reddidit, Secundum
breve tamen exclusivum Illrmis Comitibus a Nationalibus favorabile, ob raões par„
tim in eo et primo brevi cum eadem negativa reddito. A. 1638 contentis, par„
tim ore eiusdem Legati expositas, quo tempore Rex respondit. Cogitare sæpe nomi„
nando, aliquo Nobili Polono, et etiam Virum nominavit, pro quo scribere cogitabat.
6. Et Ultimo: Exempla sumpta Summorum Pontificum, Sixti, Gregorij, Innocentij,
Clementis, et Pauli, qui neminem promoverunt, excepto Macieiowski.
Quæ rationes sunt adeo claræ et evidentes ut nullam inveniant legitimam
replicam, unde nemini dubium est, quin plane persvadeant singuli, prudentes
et experientes, quibus cum agitur, persvaserunt ab anno 1585 quod eis schedactũ fuit.
Ad verba. Non æquiparamus aliis Regibus: respondetur, magna cum
admiratione audiri; prætextus unde sumuntur, et tantam vim in uno verbo
fieri privatim, in privato cubiculo et in privato sermone, ut asseritur prolato
vel non prolato, ita ut valde privatum, incertum sit quod refertur, nec ullam
habere rationem, nec mentionem de multis Essentialibus nostris et publicis pactis,
quibus aliis relatis Serenissimus Rex Poloniæ, bis sibi satisfactum esse respondit.

Unde ignoratur